

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

118

1316, xuño, 6

*apelación*

*Apelación á curia romana presentada ante don Xoán, arcebispo de Braga, por Fernando Pérez, procurador do bispo e cabido de Ourense, sobre o pagamento de certas procuracións do tempo do arcebispo don Martiño, que foi desestimada.*

ACOu, *Diversarum Rerum I*, 100

Noverint universi *quod* sub anno domini mº cccº xviº scilicet domenica die, sexta die junii in presencia mei Johannis de Santarena tabellionis bracarensis et testium infrascriptorum, Fernandus Petri comparuit nomine episcopi et capituli ecclesie auriensis quorum procuratorem se dicebat coram reverendo patre domino Johane dei gratia electo confirmato in archiepiscopatum sancte ecclesie bracarensis et petiti ab eo sibi concedi apelos super appellatione ab eo per ipsum interposita ad curiam romanam. Et tunc dominus electus respondit ad cedulam que pro appellatione lecta fuit per dictum Fernandum coram eo videlicet *quod dictus dominus electus non gravaverat nec gravare entendebat predictos episcopum et capitulum ut iam predixerat*. Et ad id *quod dicebatur* in dicta cedula vocando se dictum Fernandum procuratorem dictorum episcopi et capituli respondit ipsum falsum asseruisse cum non constaret ipsum esse procuratorem suum sufficientem ad agendum et respondendum prout iura volunt per publica instrumenta et legiciam documenta secut in actis evidenter poterit apparere. Item ad id *quod dicitur* in dicta cedula *quod dictus dominus electus non debebat esse judex in carta sua etc.* Respondit dominus electus contrarium esse verum cum metropolitani et diocesani malefactores et detemptores rerum suarum ecclesiasticarum possint coram se evocare et cartas super hoc sine debito terminare, maxime quia hic non agitur nisi ratione procuratorum sibi debitaram que de iure conceduntur eisdem et negando *quod non tenentur* ratione visitacionis dare procuraciones per consequens negant ius spirituale et correctionem animarum cum ratione correctionis animarum procuraciones ministrentur et ut satisfacere episcopo et capitulo supradictis commisit cartam istam dicto decano bracarense et sine debito terminandam licet dictam cartam posset per se audire et terminare ut superius est iam dictum. Respondit etiam *quod cum dicti episcopus et capitulum per suas literas fuissent citati super certa pecunia sibi de iure debita ratione procuracionum ut certo termino coram eo per procuratorem legitimum comparerent et tamquam inobedientes non comparuerint nec procurator legitimus ut predictur pro eisdem comparuerit et sic fuerent inobedientes et contumaces tenere veniendo contra iuramentum prestitum per dictum episcopum de obediencia et reverencia facienda dicto domino electo et sue matri ecclesie bracarensi et cum iure sit cautum *quod contumax non auditur appellans*, idcirco dixe *quod eorum appello non procedit et ei non detulit tamquam inani et frivole manifeste tam hanc responsionem dicto Fernando Petri duxo pro apelis refutatoriis concedendam et in continentि hos tendit dictus dominus electus ad convincendum maliciam prefatorum episcopi et capituli et certificandum ipsos de procuracionibus supradictis quasdam patentes litteras domini Johannis Vincentii de Barroso collectoris dictarum procuracionum suo vero sigillo a dorso fixo sigillatas quarum tenor talis est:**

Viris venerabilibus ac discretis decano ac capitulo auriensi Johanes Vincentii archidiaconus de Barroso in

*ecclesia bracarensse vester devotus amicus cum promptitudine serviendi in vestra gratia se comendat. Sabede que o onrrado padre e señor don Johane pela mercee de deus eleyto confirmado en arcibispo na santa igleia de Bragaa me envyou dizer que vos lhe non queredes dar os dinneiros das procuraçoens que eu ouvi a recadar no vosso bispado no tempo do arçibispo don Martino ata que vos eu desse ou envyasse hun (serviiço) (...) y a en que he conteudo que vos obligastes a min por eles ou vos envyasse minha carta ab(...) que se os vos dessedes ao dito señor eleyto que me dava deles por pagado e que (...) contra vos avia, et vos ben sabedes que en(trelos ...).*

[reverso] Apeli concessi per electum.